

## Colloquium XV<sup>um</sup>.

---

### *De religionis Christianæ ortu.*

HONORIUS et GEORGIUS.

*H.* Quo tempore Christiana religio primum Augustæ Vindelicorum innotuit? *G.* Jam a temporibus Romanorum derivari potest. *H.* Unde ista probas? *G.* Quia virgo Afra cum matre Hilaria, cognatis & ancillis suis sub Gajo, præfide urbis Romano, propter Christum confessum mortis subiit supplicium. *H.* Quæ fuit Afra? *G.* Ante conversionem suam erat puella, è parentibus ethnicis nata, & Veneri, more gentilium, dicata. *H.* Quis convertebatur eam? *G.* Narcissus Episcopus. *H.* Quodnam genus supplicii sustulit? *G.* Igne suffocata & concremata fuit in infula quadam Lyci, ubi postmodum in ejus memoriam sacellum fuit exstructum, & ab illo tempore